

S. GVNDEKARVS EPISC. EYSTETENSIS.



G Vnde karus eruditione & pietate nulli apud Germanos suo tempore secundus extitit. Itaque cum Gebhardus Romam uocatus Pontifex constitutus esset, ipse in eius locum Eysteten sis praeful omnium consensu electus fuit, quam functionem ipse magna diligentia administravit. Erat is multis uirtutibus & insigni prudentia praeditus. Itaq; Heinricus & Cesar eum inter consiliarios intimum habuit, atq; ei res grauissimas communicauit. Ea cum in authoritate esset Gundekarus, se se tamen semper humilium ostendit, atq; sui officij memor, fratum S. Vuilibaldi minimum uocauit. Cum etiam Cæsarem sibi fauentem haberet, suam ecclesiam multis immunitatibus auxit, atque utranque turrim ad templum ædificauit. Tandem cum annis octodecim suas oues pauisset, anno millesimo septuagesimo nono obiit, atq; Huldrico Episcopatum reliquit. Eum ob uitæ innocentiam posteri inter sanctos retulerunt, Anon,